Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

bis tanta auctoritas sufficere debuit. et relinquendi pristinas facultates
et manibus operandi. Obieccio
SI apostolus corporale opus operatus est ad uite sue sustentationem.
quando ei uacauit euangelium predicare? Hic fortasse aliquis dicat.
Si corporale opus operabatur apostolus. unde uitam istam sustentaret. quod
erat ipsum opus. et quando ei uacabat et operari et euangelium predicare?
Responsio. Utrum, quod ipsius scriptis agnoscitur. Hanc quod die operatus sit manibus
et quod euangelium ab ierusalem usque illiricum instantissime predicavit ip-
CUI Respondeo puto me nescire. se fatetur. XIII.
corporaliter tamen operatum esse. et inde in carne uixisse: non uten-
tem potestate quam dominus apostolis dederat. ut euangelium annuntians. de eu-
angelio uiueret. Quid querendum est uel quale opus faciebat. uel quando fa-
ciebat? Scio quod innocenter et honeste que apta sunt humanis usibus
operabatur: sicut se habent opera fabrorum structorum. sutorum. rusticorum. et his si-
milia. Neque enim honestas ipsa reprehendit superbiam eorum qui honesti
uocari amant. et esse non amant. Non ergo dedignaretur apostolus siue rusticanum
aliquod opus adgredi. siue in opificum labore uersari. Quibus enim
ait sine offensione estote iudeis. et grecis et ecclesie dei. quos in hac causa reuereri
possint ignoro. et si se iudeos dixerint patriarche peccora pauerunt. si grecos
quos et paganos dicimus. et philosophos multum sibi honorabiles sutores
habuerunt. si ecclesiam dei homo ille iustus et ad testimonium semper mansure
uirginitatis electus cui desponsata erat uirgo maria que peperit christum fa-
ber fuit. quicquid horum ergo cum innocentia et sine fraude homines operantur
bonum est. Nam precauet hoc et ipse apostolus nequisquam ex necessitate susten-
tande uite in mala opera delabatur dicens. Qui furabatur iam non fu-
retur: Magis autem laboret manibus suis bonum. ut habeat unde tribue-
re possit cui opus est. Hoc ergo scire sufficit. quia et ipso opere corporali id quod
bonum est operabatur apostolus. Quando autem soleret operari id est quibus temporum
spaciis ne ab euangelizando impediretur: quis possit comprehendere? Sane quia
et diurnis et nocturnis horis operabatur: ipse non tacuit. Si hi qui in seculo
uitam labore corporis transigebant. ingressi monasterium labora-
re noluerint nec manducent. XIIII.
ILLI autem qui et preter istam sanctam societatem uitam labore corporis transige-
bant. ex quorum numero plures ad monasterium ueniunt. quia et in ip-
so humano genere plures sunt. si nolunt operari nec manducent.
Si in alio quispiam monasterio res suas conferens in alio ipse

·12·